titutio teneat, gloss. l. 23 tit. 3 part. 6.—Dominus quando possit, vel non possit, omnes servos suos hæredes facere, gloss. l. 24 ibi per illum text.—cujus servus fuit hæres institutus, et an à testatore sibi legatum relinqui possit, et quid è contra, n. 2 l. 8 tit. 9 part. 6.—si servum suum manumittat, an possit esse ejus tutor, si velit, gloss. l. 10 per text. ibi, tit. 16 part. 6.—servi qui delictum commisit, illud defendere in judicio tenetur, aliàs ipse servus in tali causa criminali se defendere possit, et an tunc dominus suo nomine vel nomine servi illum defendere teneatur, n. 2 l. 10 tit. 1 part. 7. — si non defendat servum suum, videtur illum relinquere pro derelicto, dict. n. 2. — si servum suum castigando illum occidit, qualiter puniatur, gloss. l. 9 per text. ibi, tit. 8 part. 7. — Domini à servis vel famulis defendi debent, et de pœna ipsorum non facientium, gloss. l. 16 per text. ibi. tit. 8 part. 3. — Dominus, an et quando agere possit actione injuriarum pro injuria servo data, n. 4 et 9 l. 9 per text. ibi, tit. 9 part. 7.—servi aliquem injuriantis, qualiter injuriam è servo suo datam emendare teneatur, et debeat, n. 1 l. 14 per text. ibi, tit. 9 part. 7.—servi, qualiter pro ipsius servi rapina teneatur, et quando, n. 1 et 3 cum aliis ibi, l. 4 per illum text. tit. 13 part. 7. — an possit servum suum accusare in judicio, eo quòd dicit sibi furatum fuisse, n. 4 l. 4 per text. ibi, tit. 14 part. 7. — si jubeat servo, vel alii, damnum dare, qualiter ad emendam teneatur, et qualiter puniatur, gloss. l. 5 per text. ibi, tit. 15 part. 7.—qualiter agat contra occisorem sui servi, qui officium habeat ad damnum sibi ex privatione servi datum, gloss. l. 19 per text. ibi, tit. 15 part. 7.

EMPHYTEUTÆ dominus, si post transactum biennium ante decem dies, qui dantur ad purgationem moræ, illam alteri vendiderit, vel in emphyteusim dederit, an emphyteuta primus habeat aliquem recursum, n. 16 l. 28 tit. 8 part. 5.—Dominus non poterit emphyteutam expellere, antequam cesset in solutione per biennium, ibi n. 19. —an possit petere rem sibi restitui cum omnibus suis melioramentis, quando emphyteuta canonem non solvit per biennium, ibi n. 20. — an debeat consentire, quando censuarius vult vendere censum, n. 1 l. 29 ibi.—an debeat consentire, quando emphyteuta vult rem permutare, locare, vel donare, vel alicui legare, vel quando vendit ex necessitate, vel sub conditione, vel pro parte, et quid in minore, ibi in n. 3.—Et quid si sint plures domini, et quid in emphyteuta uxoris, an sufficiat, si denuntiat marito; et quid si post licentiam domini non vendat, vel si restituatur, ibi n. 4 et 6 dict. l. 29.—Dominus per quæ videatur tacitè consentire venditioni rei emphyteuticæ, ibi n. 6 in princ. dict. l. 29 tit. 8 part. 5.—Et quid si dominus dicat se nolle emere, sed non dedit licentiam vendendi, an emphyteuta vendere possit, ibidem. — Et quid si postquam dominus dedit licentiam vendendi, illud facere distulit emphyteuta per annum, an postea vendere possit, ibi.—Dominus si consensit venditioni emphyteutæ, si ipse emphyteuta vendat cum pacto de revendendo, et re emat, vel usus fuerit remedio, l. 2 C. *de rescindend. vend.* an si postea iterum vendat, de novo requiratur alius domini consensus, ibi in quæst. 3.—Et quid si emphyteuta vendidit irrequisito domino, et venditione facta dominus consentiat venditioni tanquam faciendæ, an venditio sic facta valeat, ibi quæst. 4.—Dominus, qui consentit venditioni emphyteutæ de re emphyteutica, an videatur renuntiare suæ proprietati, dict. n. 6 in fin. — si intra duos menses non acceperit rem emphyteuticam, an licitè emphyteuta vendere illam possit, et an possit moram purgare, n. 7 et 8 dict. l. 29 tit. 8 part. 5. — an debeat consentire, quando emphyteuta rem emphyteuticam alii in emphyteusim concedit, n. 11 dict. l. 29.—quando sunt plures emphyteutæ, et ipsi alienant rem inter se, ibidem. — Dominus an à novo emphyteuta debeat habere quinquagesimam partem sibi debitam, quando res emphyteutica fuit vendita, vide ibi n. 12.

INSTITUENS HÆREDEM.—Dominus si servum suum instituerit hæredem, per hoc libertatem sibi dare videtur, gloss. l. 3 per text. ibi, tit. 3 part. 6.—Et quid si unus ex dominis servum illum hæredem fecerit, et libertatem dederit, an datio et institutio teneat, gloss. l. 23 tit. 3 part. 6.—Dominus quando possit, vel non possit omnes suos servos hæredes facere, gloss. l. 24 ibi per illum text.—cujus hæres servus fuit institutus, an à testatore legatum sibi relinqui possit, et quid è contra, n. 2 l. 8 tit. 9 part. 6.

PROPRIETATIS. — Dominus, pui cum proprietate remansit, an per hoc videatur dare alicui possessionem ususfructus, n. 1 l. 9 tit. 30 part. 3.—Et quid si habens proprietatem alicui concedit usumfructum, et constituat se nomine ipsius possidere, an per hoc videatur ei tradita possessio, ibid.—Dominus proprietatis si illam vendat, an fructuarius tanquam habens partem in illa re, possit illam retrahere, n. 2 quæst. 1 l. 55 tit. 5 part. 5. — si vendat suum dominium, an habens utile dominium, tanquam consors in re, habeat jus retrahendi, ibidem in quæst. 2. — an teneatur stare colono usufructuarii, n. 4 l. 2 tit. 8 part. 5.—ad quid teneatur, quando ususfrutuarius decessit soluto pretio illius anni, n. 2 l. 3 per text. ibi, tit. 8 part. 5. — an agat actione furti, si usumfructum, qui alicui pertinebat ex re, vel ipsam rem aliquis furaverit, n. 6 et 7 l. 12 per text. ibi, tit. 14 part. 7.

DIRECTUS, vel qui habet DIRECTUM, vel UTILE DOMINIUM — Dominus, qui habet directum dominium, si concurrat cum præscriptione rei por triginta annos qui habet utile, et velint rem vendicare, quis præferendus sit, n. 8 l. 21 tit. 29 part. 3. — directus et proprius in quacumque re sua habet civilem possessionem, n. 2 l. 5 tit. 30 part. 3.—utilis dominii non habet dominium communiter cum directo, sed subalternantur dominia ista, n. 2 quæst. 2 l. 55 tit. 5 p. 5. — directus, si velit suum dominium vendere, non tenetur emphyteutam requirere, an ipse illud velit æquali pretio, ibidem. — habens directum dominium censetur dignior, quam habens utile, in retinendis instrumentis ipsius rei, n. 2 l. 7 tit. 15 part. 6.

AMITTIT POSSESSIONEM. — Dominus an perdat fundum, si flumen super eum sit per decem annos inter præsentes, et viginti inter absentes, n. 1 l. 32 t. 28 p. 3.—an amittat possessionem rei per mixtionem cum sua, si illa cum mala fide sit facta, n. 3 l. 34 tit. 28 part. 3. — an amittat possessionem rei si colonus illam proditoriè, vel aliàs derelinquat; et quid si responderet alii de fructibus, an ex hoc dominus possessione privetur, n. 1 et 3 l. 13 tit. 30 part. 3. — Et an idem sit dicendum in rebus mobilibus, n. 2.—Dominus non amittit possessionem naturalem, licèt colonus illam deferat, si illius rem non occupaverit, n. 3 l. 13 tit. 30 part. 3, et ibi n. 1.—an amittat suam civilem possessionem, si colonus possidens rem nomine domini alium in ea re, quam possidet, miserit, n. 4 dict. l. 13.—Et quid si talis nomine alieno possidens tradat sub conditione, si domino suo placuerit, an dominus civilem possessionem amittat, dict. n. 4. — Dominus si vi dejiciatur à possessione sua, an naturalem, et civilem possessionem amittat, et quid si vi dejiciatur colonus, dict. n. 6 dict. l. 13. — si cùm per se, vel per alios possideret, per vim fuit à possessione dejectus, an amittat possessionem, n. 1 l. 17 tit. 30 part. 3.—Et qualiter agens interdicto recuperandæ contra dejectorem in hoc articulare debeat, dict. n. 1 in fin.—Dominus si sciat possessionem suam naturalem occupatam, an et quando amittat civilem, si illam nolit recuperare, n. 4 dict. l. 17 ibi. — nunquam amittit possessionem servi fugitivi, n. 2 et 5 l. 23 per illum text. tit. 14 part. 7.

REI COMMODATÆ, VEL COMMODANS.—Dominus commodans alicui servum suum furem, vel aliam rem vitiosam, si ipse de hoc commodatario non animadverterit, cùm illud sciret, an et qualiter teneatur; et quid sit ignorans, velit tamen agere noxalia contra eum, n. 1 per text. ibi, l. 6 tit. 2 part. 5.—rei commodatæ, vel commodatarius, quis eorum expensas factas in curando servo, vel equo commodato solvere debeat, et ad quas commodatarius teneatur, vel non, n. 1 l. 7 t. 2 part. 5. — an possit, et quando; revocare rem commodatam à commodatario ad certum usum datam, etiam ante usum expletum, n. 1 et 2 l. 9 per text. ibi, tit. 2 part 5. — domus propriæ vel conductæ, an teneatur ad emendam damni dati, quando ex domo sua aliquid projectum fuit; et an ipse dominus, quod ita solverit, à familiare ejiciente recuperare possit, n. 1, 2 et 3 l. 25 per text. ibi, tit. 15 part. 7. — Et quid si plures simul, vel per quarteria, inhabitent domum conductam, d. n. in fin.—

EXPELLENS INQUILINUM, VEL CONDUCTOREM, VEL EMPHYTEUTAM.—Dominus, quam actionem habeat contra expoliantem illum, sive ejus colonum; et an dominus illud propria auctoritate recuperare possit, et quando, n. 7 l. 13 tit. 30 part. 3.—an possit inquilinum expellere durante locatione, si pensionem non solverit, n. 1 l. 5 tit. 8 part. 5.—Et an indistinctè sit domino domus omnia bona in domo invecta sibi obligata pro pensione sibi danda, vel tantùm ea, quæ in domo reperiuntur eo tempore, quo dominus vult pensionem habere, n. 2 et 4 dict. l. 5.—si expellat inquilinum, quam pensionem ab illo petere possit, ibi n. 5. — an possit inquilinum ex justa causa expellere ante tempus propria auctoritate, n. 1 l. 6 ibi.—Et quid si juravit illum non expellere ante tempus, an postea subsistente ista causa illud facere possit, ibidem.—Dominus si cum conductore paciscatur de non expellendo durante tempore conductionis, si indigeat habitatione, ibi n. 2.—si pro refectione domus inquilinum expellat, illa refecta ipse illam debet inhabitare, n. 6 dict. l. 6.—si ex causa expellat inquilinum ante tempus, an et quando habeat locum remissio mercedis pro rata temporis, n. 7 dict. l. 6 tit. 8 part. 5. —potest conductorem expellere, si ipse in domo conducta meretrices intulerit, ibi in n. 8. — an possit emphyteutam expellere, si non habeat instrumentum emphyteusis, et quare, n. 7 l. 28 tit. 8 p. 5.—non poterit emphyteutam expellere, antequam cesset in solutione per biennium, n. 19 l. 28 tit. 8 p. 5.—si expellat suum feudatarium, vel eum, qui erat in quasi possessione usufructus, qualiter puniatur; et quid si dominus ab aliis per vim expellatur, et privetur jure suo, n. 2 l. 16 per text. ibi, tit. 10 part. 7.

TENETUR AD DAMNUM.—Dominus, an et quando teneatur ad damnum datum mercatoribus in termino suo, n. 7 l. 4 tit. 7 part. 5.—si jubeat servo, vassallo, vel alii, damnum dare, qualiter ad emendam damni teneatur, gloss. l. 5 per text. ibi, tit. 15 part. 7. — qualiter agat contra occissorem servi sui, qui officium habeat, ad damnum sibi ex privatione servi datum, gloss. l. 19 per text. ibi, tit. 15 part. 7. — an et quando teneatur, vel non, ad damnum datum ab animali suo mansueto, gloss. l. 22 per illum text. ibi, tit. 15 part. 7.—Et quid si damnum detur ab animali ejus feroci, n. 8 l. 23 ibi per illum text. — Dominus feræ quando utili actione de pauperie conveniri possit, vel non, dict. n. 8 ad fin.— qualiter resarciet damnum à pecoribus, vel grege suo datum in agro vel fundo alieno, et qualiter fiet æstimatio, et qualiter æstimetur frumentum, quod adhuc est in herba, n. 1 cum aliis ibi, l. 24 per illum text. tit. 15 part. 7 —an teneatur de damno dato per ejus pastorem, et quando, et qualiter, n. 2 et 3 dict. l. 24 per text. ibi. —Et quid si dominus pastoris sit clericus, vel si pastor detinere non potuit, ibidem.—Dominus pecudis, an liberetur dando animal pro noxa, dict. n. 3 dict. l. 24 tit. 15 part. 1.

DOMUS clericorum non debet hospitibus occupari, et quando sic, n. fin. l. 51 tit. 6 part. 1.—conspiratorum debet destrui, n. 6 l. 60 tit. 6 part. 1.—religiosa tota potest se transferri ad arctiorem religionem alterius monasterii, n. 2 in med. l. 9 tit. 7 part. 1.—gaudet privilegio, ut ibi quilibet confugere possit, n. 2 l. 4 tit. 11 part. 1.—Episcopi defendit ibidem confugientes, ibid. — destrui non debet propter delictum domini, nisi in hoc adsit consuetudo, vel in crimine læsæ majestatis, n. 6 l. 6 tit. 13 part. 2. — Et quid in istis duobus casibus, si domus sit majoriæ ab antiquo, ibidem.—Domus destructa propter crimen læsæ majestatis, amplius non potest refici, ibidem in n. 7.—pro habitatione punitur, n. 1 in fin. l. 2 tit. 17 part. 2. — Regis, sive propria, sive conducta tueri debet confugientes ibidem propter delictum, n. 1, 2 et 7 supra dict.—Idem in domo Episcopi, ibi in n. 5.—Domus delinquentis in crimine læsæ majestatis debet destrui, per n. 6 l. 9 tit. 19 part. 2.—

Domo vendita tradi debent claves illius, et per traditionem clavium traditur possessio, et quando, n. 2 l. 66 tit. 18 part. 3.—Domus causa habitandi facta dicitur prædium urbanum, si verò fiat causa colligendorum fructuum, erit prædium rusticum, n. 4 l. 1 tit. 31 p. 3. —ecclesiæ, vel ejus turris, an possit capi pro defensione reipublicæ, n. 2 l. 13 tit. 31 part. 3. — si vendatur excepta habitatione habitatoribus, qualiter hoc intelligatur, n. 1 l. 27 tit. 31 part. 7. — si sit in totum destructa, dominus illam reficere non compellitur, neque eam de novo facere, et quando sic, n. 2 l. 25 tit. 32 part. 3.—si sit inter aliquos communis, si unus instet, ut fiat de novo paries, quæ dividat partes ipsorum, an alter ad hoc sit compellendus, dict. n. 2. — si de novo ædificetur, quæ servanda sint, et an consuetudo, n. 3 l. 25 tit. 32 part. 3. — vel solum, si recipiat stilicidium meum, an ejus dominus illam altiùs elevare possit, dict. n. 3.—ad habitandum, an debeatur illi, cui relicta sunt alimenta, n. 6 per text. ibi, l. 2 tit. 19 part. 4.—communis duorum, si unus crimen commissit per quod domus destrui debebat, an alter dominus solvendo pretium et partem alterius domini, possit totam domum liberare à dirruptione, et sibi eam retinere, n. 2 l. 2 tit. 22 part. 4. — si minetur ruinam, possunt illi affixa vendi, aliàs verò non, n. 1 l. 16 tit. 5 part. 5. — Domo simpliciter vendita, an vendita videatur cum puteo communi inter illam domum, et aliam, n. 3 l. 28 t. 5 p. 5. — Domus si alienari prohibeatur sine causa, an prohibitio teneat, vel non; et quando causa pro expressa habeatur, licèt non sit, n. 2 l. 44 tit. 5 part. 5. — si comburetur, an emphyteuta non teneatur ad canonis solutionem, etiamsi remansit area, n. 9 l. 28 tit. 8 part. 5.—si destructa sit ob communem utilitatem, an ad istud damnum vicini communiter contribui debeant, n. 1 l. 3 tit. 9 part. 5. — si pignoretur creditori, et ibi ipse inhabitaverit, an ad solutionem consuetæ pensionis teneatur, et quando, n. 4 l. 21 tit. 13 part. 5. — si de novo ædificetur, vel reædificetur cum pecunia alicujus, an iste mutuans pecuniam habeat in tali re tacita hypothecam, vel tantùm actionem personalem, n. 9 l. 26 tit. 13 part. 5.—si legetur alicui, an illa, destructa area, legatario debeatur, n. 2 l. 37 t. 9 part. 6. —proditoris debet destrui, et sal in ea dispergitur, n. 1 et 2 l. 2 t. 2 part. 7.—ubi falsa moneta fabricatur confiscatur Regi, et quando non, glos. l. 10 per text. ibi, t. 7 part. 7.—vicini si per vicinum destruatur, ut ignis ultra non transeat, an destruens ad damnum teneatur, et quando, n. 2 l. 12 per text. ibi, tit. 15 part. 7. — Et an tunc civitas vel vicina teneatur coutribuere ad reparationem domus destructæ ex ista causa, n. 2 dict. l. 12 tit. 15 part. 7.—Domus si aliquibus detur ad adulterandum, vel ad aliud simile, qualiter dans puniatur, n. 5 per text. ibi, l. 1 tit. 22 part. 7.—an possit locari ad lupanar exercendum, n. 2 l. 2 tit. 20 part. 7. — Et istud nomen domus accipitur multipliciter, n. 4 l. 6 tit. 33 part. 7.

Donans alicui ecclesiæ aliquid, per id non dicetur patronus, nisi dictum sit; fallit in constructore de novo, n. 6 l. 1 tit. 15 part. 1.—Donator, quando non tenetur de evictione, an possit esse testis pro donatario ad ipsam rem donatam, n. 1 l. 19 tit. 16 part. 3. — an et quando teneatur de evictione, n. 5 l. 67 tit. 18 part. 3. —rei, reservato sibi illius usufructu, an ipse sicuti alii usufructuarii cavere teneatur, n. 5 l. 20 t. 31 part. 3.— si sit maritus alicujus rei, quam constante matrimonio uxori donat, an illa donatio morte confirmetur, et quando; et idem sit dicendum, si mors fuerit civilis, vel accidentalis gladii, et an priùs sit necessaria traditio, n. 6 l. 4 tit. 11 part 4.—licèt de hæresi vel de alio crimine sit accusatus, si ante sententiam donationem faciat, valet donatio, n. 6 l. 2 per text. ibi, tit. 4 part. 5. — Et qualiter istud intelligi debeat, ibidem in n. 7.—Donator quando fraudulenter donationem facere videatur, et ex quibus hoc colligatur, dict. n. 7. — semper præsumitur esse in eadem voluntate, nisi quando de revocatione constat, n. 1 l. 4 tit. 4 part. 5.—donationem non poterit revocare, quando promisit non revocare, vel juravit illud, n. 1 l. 4 tit. 4 part. 5. — non potest donationem revocare, quando donatarius illam nomine absentis acceptavit, dict. n. 1. — Donans ante commissum delictum, dummodo non fiat in fraudem fisci, licèt postea delinquat, per hoc non invalidatur donatio, n. 8 l. 2 tit. 4 part. 5.—aliquid absenti, ex quibus hæc donatio perfecta sit, vel non, n. 1 l. 4 tit. 4 part. 5 per text. ibi.—si revocet donationem à se factam ante acceptationem donatarii, donatio nulla est, dict. n. 1.—Donator si postquam alicui absenti donationem fecit, mortuus fuit, an eo mortuo poterit donatarius donationem acceptare, ut ipse talem donationem lucretur, num. 1 l. 4 tit. 4 part. 5.—Et an mortuo donatore possit donatio ratificari per hæredes donatarii in præjudicium hæredum donatoris, in quos transibit dominium ante ratificationem, ibid. circa finem.—Donator moriendo, an videatur pœnitere in dotis favore, sicut in alia quavis donatione, dict. n. 1 in fin. l. 4 t. 4 p. 5.—Donans sub conditione, sufficit quòd conditio adimpleatur saltim per æquipollens, n. 1 l. 5 per text. ibi, t. 4 p. 5.—aliquid alicui sub modo, illo non servato erit in electione ejus vel agere, et compellere donatarium ad implementum modi, vel agere conditionem ob causam ad recuperandum donatum sub modo, n. 1 l. 6 per text. ibi, t. 4 p. 5. — Et an si agat conditione ob causam, an tunc possit mora purgari, ibidem.—Donans ecclesiæ sub modo, ejus favore modus ibi appositus non censetur causa finalis, ibidem.—sub modo, si modus non servetur, an donanti detur utilis rei vendicatio ad ipsam rem, ibidem in n. 3.— aliquid alicui ad certum tempus, et post illud tempus illam rem alii secundo donatario donet, an antequam secundo donatario acquiratur, donator illam revocare possit, ut post tempus ad secundum donatarium non transeat, n. 4 l. 7 t. 4 p. 5.—Et an hoc liceat hæredi ipsius donantis, ibid. in dict. n. 4.—Donator, si ostendatur, quòd tempore donationis cogitavit de filiis, an revocetur tunc per eorum supervenientiam, num. 2 l. 8 tit. 4 p. 5.—cùm filios non haberet, an sua donatio revocetur per eorum supervenientiam, et qualis hæc donatio ad hoc esse debeat, n. 5 ibi.—per quos filios petere possit, ut revocetur ejus donatio per eorum supervenientiam, ibid. n. 7.—ipse de per se poterit donationem, quam in defectu liberorum fecit revocare filiis supervenientibus, neque debet ejus mors expectari; filius tamen patrè vivente ad hoc non admittetur, n. 9 l. 8 tit. 4 part. 5. — quando propter benemerita alicujus illi donationem fecit, an ille revocare possit propter ingratitudinem, n. 1 l. 10 tit. 4 part. 5.—an possit donationem à donatario revocare, quando donatarius ignoranter, vel se defendendo, illum percusit; et quid si per alium percuti faciat, vel si non manu, sed pede, percutiat, n. 4 l. 10 tit. 4 part. 5.—Et quid si tantùm donanti aliquod damnum fecerit, vel illud facere attentaverit, ibi n. 5. — Donator an possit donationem revocare, quando promissit illud non facere, etiam prætextu ingratitudinis, ibi n. 7.—Et an hæres donatoris donationem revocare possit, et in quibus casibus, n. 8 dict. l. 10 tit. 4 p. 5. —Donator an possit agere contra hæredem donatarii ingrati, et quando sic, dict. n. 8 ad fin.—causa mortis si non decedat ex infirmitate illa, repetit sic donatum cum fructibus, n. 4 l. 11 ibi.—Et an possit agere contra emptorem qui emit à donatario, donatore adhuc vivente, ibidem.—Donator an habeat utilitatem aliquam in donatione, quam facit pro remuneratione servitiorum, n. 7 l. 53 tit. 5 part. 5. — Donans rem alienam, si verus dominus donationem ratificaverit, an re perempta, vel usucapta, possit in subsidium agere ad pretium, n. 6 l. 54 ibi.—an videatur donare jus quod habet in re, n. 3 l. 10 tit. 9 part. 6. — rem alienam, et tradens eam an committat furtum, n. 3 l. 1 t. 14 p. 7.

Donare, an et quando possit Episcopus, seu alius Prælatus res suæ eclesiæ, et qualiter, et quibus, n. 2 cum aliis ibi, l. 4 tit. 14 part. 1.—Donari potest jus patronatus cum Episcopi licentia et consensu, et quid si Episcopus nolit consentire sine causa, n. 6 l. 8 tit. 5 part. 1.—potest Rex civitatem, sive villam aliquibus, si servitia et benemerita præcesserint, n. 4 l. 51 tit. 18 part. 3.—potest quilibet homo liber, servus verò non, etiamsi ei concedatur libera peculii administratio, n. 4 l. 1 tit. 4 part. 5.—non potest ille, cui bona confiscantur ipso jure, à tempore commissi criminis, n. 2 l. 2 per text. ibi, tit. 4 part. 5. —potest ante sententiam accusatus de crimine hæresis, vel de alio crimine, n. 6 l. 2 per text. ibi, tit. 4 part. 5.—Et qualiter debeat intelligi, ibidem n. 7. — Et quando cum fraude donare videatur, ibidem. — Donare an possit pater filio existenti in sua potestate; et quid hodie per leges Tauri, n. 1 l. 3 per text. ibi, tit. 4 part. 5. — idem est quod contrahere, n. 7 l. 11 tit. 4 part. 5.—causa mortis, an possit mulier, ibidem.—rem emphyteuticam, an possit emphiteuta ecclesiæ, vel alterius, irrequisito domino, n. 3 in quæst. 3 l. 29 tit. 8 part. 5. — an videatur ille qui scienter solvit indebitum, n. 1 l. 30 per illum text. ibi, tit. 14 part. 5. —videtur quis solummodo jus quod habet in re, n. 3, quæst. 6 l. 10 tit. 9 p. 6.—an possit Rex villas, seu castra regni ex aliqua causa, n. 2 l. 14, et n. 3 l. 13 t. 9 part. 6, et n. 1 l. 28 t. 11, et n. 2 l. 10 tit. 18 part. 3.

Donatarius Regis, si non servat modum in donatione appositum, perdet donationem, sive modus sit causa finalis, sive non, n. 14 l. 22 tit. 13 part. 2.— si servitia Regi non præstiterit, vel debitum non fecerit, an filii ejus ad donum non admittantur, vide n. 16 ibi.—absens; si certificatus de aliqua donatione sibi ab aliquo facta non per certum nuntium, sed per aliquem tertium extraneum, illam acceptaverit, an donatio perfecta sit, et ex quibus hoc ita colligatur, n. 1 l. 4 per text. ibi, tit. 4 part. 5.—Et an in eum transferatur dominium, dato quòd contractus non teneat, tanquam contractus, dict. n. 1. — Donatarius si donationem acceptet post mortem donantis, an acceptatio teneat, et valeat donatio sibi facta, ibidem.—Et an mortuo donatore donatio possit per hæredes donatarii ratificari in præjudicium hæredum donatoris, in quos est dominium translatum, ante ratificationem, dict. n. 1 l. 4 tit. 4 part. 5. — Donatarius si sub aliquo modò sibi fuit aliquid relictum, qualiter contra illum ipse donans agere possit, et an donatum sibi auferre possit, n. 1 l. 5 per text. ibi tit. 4 part. 5.—Et quid si agat conditione ob causam, an tunc mora purgari possit, dict. n. 1 in medio. — Donatarius si sub modo ecclesiæ donet modus ibi positus favore ecclesiæ non censetur in dubio causa finalis, ibid.—Et à donatario non adimplente modum res potest auferri per rei vendicationem, ibidem in n. 3.—Donatarius ad certum tempus, illo jam adveniente, poterit intrare possessionem rei donatæ, n. 2 per text. ibi, l. 7 tit. 4 part. 5.—Si tamen semel judicem adiverit, non poterit postea propria auctoritate intrare possessionem, ibidem quæst. 3.—Et quando sic, ibidem.—Et quando donator teneatur donatario de evictione, n. 5 l. 67 tit. 18 part. 3.—Et talis dicitur legalis possessio, ibidem. — Sed an ille, in quem transit legalis possessio, ante apprehensionem corporalem transferat jus suum in alium, constituendo se nomine alterius possidere, ibi quæst. 5. Et quid si iste in quem transfertur legalis possessio, moriatur ante apprehensionem realem, an transferatur tunc in sequentem vocatum, ibi quæst. 6.—Donatarius secundus, statim buòd tempus advenit primo donatario, ad quod fuit primo donatario res relicta, statim res sic donata ad tempus transibit in secundum donatarium, tàm respectu posssessionis, quàm dominii, n. 3 l. 7 per text. ibi, t. 4 p. 5.—primus, secundus, vel tertius, an dicantur nudi ministri, vel domini, et quando, dict. n. 3.— secundus cui post certum tempus res donata est, an ante illud tempus donator illam donationem in commodum ejus factam revocare possit in ejus præjudicium, et etiam finito tempore primi donatarii in secundum transeat, n. 4 l. 7 t. 4 p. 5.—Et an istud liceat hæredi ipsius donantis, ibidem dict. n. 4.—Donatarius tenetur alimenta præstare filio donantis sibi, quando ipse post donationem natus fuit, si ejus pater, cum possit, talem donationem revocare noluerit, n. 9 l. 8 tit. 4 part. 5.—Et an donatario accrescat augmentum villæ, quando Rex illam sibi donavit, reservatis sibi ibidem quibusdam vassallis, si postea castrum illud, seu villa fuerit in vicinis augmentata, n. 3 l. 9 t. 4 part. 5. — Donatarius si in loco sibi à Principe donato populum ædificat, et ibi loco pro territorio totum locum sibi donatum assignet, quam jurisdictionem taliter ædificans in loco illo habebit, n. 4